

Inque caput simplex oculos defigere nitens,

- 10 Angues proturbat, donec sua iura reposcat. (Hii ex una parte.)

Pictor Apelleas cupiens aequare figuras,

Sub Cephali¹ simplum varioque tricorpore cervum

E regione canis Cocyti stagna² tenentis

Finxit et in simili numero luctamen agonis

- 15 Longe dissimile et quanto celumque chaosque

Ergo movens inhiat mortis tria Cerberus ora³.

Haec, lector, dum posse subest, vitare memento

Ac cervi de more fugax depelle venena

Serpentis, repetens rivum fontemque⁴ salutis.

- 20 Christus ad haec virtus, cursus requiesque suorum.

Isti cursori impendite misericorditer aliquid pietatis, et r. 24. praesenti negotio succurrite, obsecro, michi de canonibus adnotatis aut de eorum adnotationibus, et rescribite cum ceteris omnibus de causa episcopi in superiori diplomatis parte notati, et Terentium mittite aut Agellium⁵ noctium Atticarum aut Philonis Iudei historiam. Dicit beatus Hieronimus⁶, triplex esse genus eunuchorum, et in medio ponit illos, quos captivitas facit vel deliciae matronales, et paulo post: 'et alii eunuchi, qui ab hominibus fiunt, quos aut philosophi faciunt aut propter idolorum cultum emolliuntur in feminas'. Ergo, precor, intimatote nobis ista quae ideo hic posui, quia superius non totum posui quod ignorabam. Donatus⁷ praeterea dicit in verbo de formis: 'Nam et in his Graeca lingua deficit', et ignoramus, qualiter deficiat. Similiter scemata dianoeas, quae dicit⁸ ad oratores pertinere, nescimus qualiter sint, licet sciamus eadem esse nomine, quae sunt et lexeos, et si ipsa exempla, quae inserit, tantum debeant referri ad scemata lexeos, an ad utrumque. Quod si ad utrumque, precamur, dignemini pandere, et qualiter ipsum nomen, cuius est genetivus dianoeas, declinetur.

Quod superest: in monte sanctae Mariae⁹ sunt duae sanctimonialia, quarum una est filia Balduini generi regis et optimi satellitis, altera est mea consobrina, quas nunquam vidi, prae-

1) Es ist doch wohl an den Mythos von Cephalus zu denken, aber der Sinn der Worte ist schwer zu enträthseln. W. 2) Aen. VI, 323 'Cocyti stagna'. 3) Georg. IV, 483 'tenuitque inhians tria Cerberus ora'.

4) 'fomemque' H. 5) D. i. A. Gellium. 6) Vgl. oben S. 353 'Triplex genus est eunuchorum, . . . alii sunt qui de matris utero sic nascuntur, alii, quos vel captivitas facit vel deliciae matronales. Tertii sunt qui se ipsos castraverunt' etc. 7) Donati ars grammat. (Grammatici lat. ed. Keil IV, 381 lin. 28): 'formae igitur sunt quattuor, nam et in his graeca lingua deficit'.

8) Ebd. (IV, 397): 'sed schemata dianoeas ad oratores pertinent, ad grammaticos lexeos'. 9) Zu Laon, das oft mons Lauduni heisst; das Nonnenkloster erwähnt u. a. Flodoard zum J. 951.